



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

3. Quid sit contractus & quotuplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Si pactum simplex initium sit cum expressione
causae, in foro canonico actio ex illo institui potest,
quod attinet causas, quae vel ratione materiae vel per-
sonae ad tribunal Ecclesiasticum pertinent. V. C. Si
manu Titij scriptum reperiatur, vel testibus pro-
bari possit, aut Titius ipse fateatur, se tibi donatu-
rum 100. propter praestita obsequia, compellitur
tibi fidem seruare. Si verò nihil aliud coram Iudice
ostendi potest, quam simplex promissio, tunc
Titius excipere potest, se promississe quidem sed cum
causa seu conditione pendente in futurum. V. C. si
pro obsequia praestiteris, quae praestita tamen non-
dum fuerunt; eiusque contrarium probandi onus in
reactorem rejiciet.

Nam neque iure civili ex stipulatu actio concedi-
tur contra promissorem, nisi constet vel probata
fuerit causa promissionis sicut constat l. 2. §. circa
primam speciem. ff. de doli mali & morus exce-
ptione,

C A P. III.

Quid sit Contractus & quotuplex.

Contractus (idem quod pactum) aliud est gra-
tuitum, quod ex vna tantum paciscentium
parte obligat, V. C. promissio stipulara vel nude
acceptata secundum ius naturale vel canonicum,
sine reciproca obligatione, item donatio sim-
plex etiam sine traditione modò sola liberali vo-
luntate declarata sit, actionem parit. Huc per-
tinet acceptilatio, per quam debitum à credito-
re debitori gratis remittitur, & quasi acce-
ptum

Ii 2

prum

ptum habetur. Aliud est pactum reciprocum, sine onerosum, quod ex vtraque paciscentium parte obligationem parit.

2 Contractuum alij solo consensu proficiunt (emptio, venditio, locatio, &c. donatio ex iuris privilegio, hypotheca, sponsalia, matrimonium. Cuius primus enim emptor V. C. & venditor de merore precio conuenerunt ratus est contractus; ut actio de obligatione iure civili vtrinque oriatur) alij verbis (stipulatio & obligatio verborum) alij scriptura (instrumento, quod necessario requiritur ex iuris vtriusque dispositione & formam & substantiam alicuius contractus scripturam requirentis. V. C. ad donationem 500, solidos excedentem, ad emphyteusin Ecclesiasticam) alij re siue traditione, quod proprio suo nomine dationem vel factionem significat. Alias instrumentum conficitur ad perfectionem rei. Tales sunt mutatio, commodatio, depositum.

3 Iterum diuiditur contractus in nominatum (qualis est qui in nomine generali pactionis non stat, sed transit in proprium & specificum nomen contractus, ut emptio, venditio, locatio, conductio, locata, commodatum, depositum, mandatum, mutuum, pignus, hypotheca, i. e. feudum, emphyteusis, sponsalia, matrimonium (latè) donatio, gratuita stipulatio & acceptilatio) & in innominatum (qui proprio ac specifico nomine caret, V. C. do ut des, id est do tibi aurum, ut des argentum; do ut facias, id est do tibi pannum, ut colas mihi agrum. Facio ut facias, id est, colo tibi agrum, ut des mihi pannum. Facio ut facias, id est, colo tibi agrum, ut vehas mihi fumentum. His omnibus

bus contractibus commune est, quod per pœnitentiam recedere possit pars contrahens, etiamsi ex sua parte contractum impleuerit, si ex altera parte impletum non sit, V. C. dedi pecuniam tibi, ut Romam ires, iure civili repetere possum pecuniam, antequam iuisti, nisi tua interfit non reuocari, quia te ad iter parando, aliquid expendisti, aut lucrum omisisti, tunc enim vel indemnem seruare debeo. At verò in contractu nominato, sed qui ex sua parte impleuit agere debet, ut etiam pars altera impleat, nisi placeat contractum in mutuo consensu dissoluere.

Alij Contractus sunt bonæ fidei (sumptæ non ut opponitur dolo, sed ut idem sit quod benigna interpretatio, secundum æquum & bonum, qualia sunt emptio venditio, depositum, conductio negotiorum gestorum mandatum, & cæteri omnes, qui numerantur § actionum. Reliqui omnes, qui ibi non nomenclantur, sunt stricti iuris; ut plerique contractus innominati, item mutuum & census emphyteusis, gratuita stipulatio, donatio (vota & legata ad pias causas) iuxta l. 99. ff. de verb. obligat. Quicquid astringendæ obligationis est, id nisi palam verbis exprimat, omissum intelligendum est ac ferè semper secundum promissorem interpretamur.

NB. Principis donationem & beneficium si nemini præiudicet, laxissimè interpretandum esse, idque ob liberalitatem, quæ de principe præsumitur.